interpꝛetatione celarũt. Et tñ in exemplarijs
habent apud eccleſias et explanant ab eccle
ſiaſticis viris: quãto magis ego xpianus de
parentibꝫ xpianis et vexillum crucis in mea
fronte poꝛtans: cui⁹ ſtudiũ fuit omiſſa repe-
tere et depꝛauata coꝛrigere et ſacramẽta eccle
ſie puro ac fideli apire ſermõe: vel a faſtidio-
ſis vel a malignis lectoꝛibꝫ nõ debeo repꝛo-
bari. ¶ Tercio paſſus eſt beat⁹ hieronimus
ꝑſecutiones hereticoꝝ arrianoꝝ vicꝫ: vt ipe
ſcribit in ep̄la ad damaſum papã: quos oẽs
potẽter eiicit ꝛ xpiana documẽta publice de
fenſauit: quãta vero hieronym⁹ paſſus ſit a
fictis amicis ipe declarat in ep̄la ad aſellam.
In oibus tamẽ modeſtiã ſeruans nõ niſi ꝓ-
pter deũ et ꝓximoꝝ vtilitatẽ ſibi falſo detra-
hentes rõnabiliter obiurgabat.
¶ De auſteritate penitẽtie hieronymi: ĩ qua
quatriennio ꝑſeuerauit: ob quã accepit mer
cedem celeſtis regni.

¶ Capitulũ. iij.

Tercia ratio qꝛ hieronymus gloriã co-
pioſam obtinuit dicit penitẽtie: de qua
cõſideremus tria.
¶ Primo auſteritatem.
¶ Secundo diuturnitatem.
¶ Tercio vtilitatem.
¶ Primo cõſideremus de penitẽtia hierony
mi auſteritatẽ. Hanc ipe declarat in epiſtola
ad Euſtochiũ: vbi ſic ſcribit. Quotiẽs in he
remo cõſtitutus in illa vaſta ſolitudine: que
exuſta ſolis ardoꝛibus: hoꝛridũ monachis
pꝛeſtat habitaculũ: putabã me romanis deli
tijs intereſſe: hoꝛrebant ſacco membꝛa defoꝛ
mia, ſqualida cutis ſitũ ethiopice carnis ob
duxerat: quotidie lachꝛyme: quotidie gemi-
tus. Et ſi quãdo repugnantẽ ſomnus immi
nens oppꝛeſſiſſet: nuda humo vix oſſa heren
tia collidebã: de cibis vero et potu taceo: cũ
etiam languentes monachi: aqua frigida vi-
vtant: et coctũ aliq̃d accepiſſe: luxuria ſit. Il
lẽ igitur ego qui ob gehenne metũ tali me car
ceri ipe damnauerã: ſcoꝛpionũ tm̃ ſocius et
ferarũ ſep e choꝛis intererã puellaꝝ: pallebãt
oꝛa ieiunijs: et mens deſiderijs eſtuabat ĩ fri
gido coꝛpoꝛe: et ante hoiem iam ſua carne ꝓ-
moꝛtuũ: ſola libidinuꝫ incendia bulliebant.
Itaqꝫ omni auxilio deſtitutus ad ieſu iace-
bam pedes: rigabã lachꝛymis et crine terge-
bã: et repugnantẽ carnẽ ebdomadarũ inedia
ſubiugabã. Et infra memini me diẽ crebꝛo
iunxiſſe cũ nocte: nec pꝛius a pectoꝛis ceſſaſſe
verberibꝫ q̃ꝫ rediret dño increpante trãquil-
litas: ipam q̃qꝫ cellulã meã quaſi cogitatio-
num mearũ cõſciam ꝑtimeſcebã: et mihimet
iratus et rigidus ſolus deſerta penetrabam
Sicubi cõcaua valliũ: aſpera montiũ: rupiũ
pꝛerupta cernebã, Ibi mee oꝛõnis locus: ibi
illud miſerrime carnis ergaſtulũ. Et vt mihi
teſtis eſt dñs p⁹ mltas lachꝛymas: poſt celo
oculos inherẽtes: nõnunq̃ꝫ videbat mihi in-
tereſſe agminibꝫ angeloꝝ. ¶ Secũdo cõſide
remus de penitẽtia hieronymi diuturnitatẽ
Nã licet fuiſſet oibus diebus vite ſue in la-
boꝛibus et penitẽtia: tñ in illa pnia ſic dura
quadriennio ꝑſeuerauit. Qua pacta ad beth
leem oppiduꝫ remeauit: impetrauitqꝫ ab ep̄o
cirillo locũ habitandi: vbi monaſteriũ ꝯſtru
xit: ꝛ cũ monachis habitauit: multos aũt ibi
dem diſcipulos coadunans in ſancto ꝓpoſi-
to et tranſlatõe ſcripturarũ quinquaginta an
nis et ſex menſibꝫ deſudauit. Tanta deniqꝫ
laſſitudine fatigat⁹ eſt: vt in ſtratu ſuo iacẽs:
funiculo ad trabẽ ſuſpenſo ſupinis manibꝫ
ſe leuaret. ¶ Tercio cõſiderem⁹ de pnia hie-
ronymi vtilitatẽ: aſſecut⁹ nãqꝫ eſt ꝑ illa ſuiſ-
qꝫ laboꝛibꝫ mercedem ꝑpetuã celeſtis regni.
Nam octuageſimooctauo anno etatis ſue.
Duodecimo ꝓo anno imperij iunioꝛis theo
doſij: in ſenectute bona migrauit ad dominũ
Si q̃s vero aliquid de tranſitu eius noſcere
cupiat: legat tranſitũ eius: qui licet inter ſcri-
pturas apocrifas numeret: tamẽ multa ſunt
ibi veriſimilia q̃ in felici doꝛmitione hiero-
nymi occurrere potuerũt. Sicut eſt deuota
ſacramẽti euchariſtie ſuſceptio: circumaſtan
tium exhoꝛtatio: et in terra obdoꝛmitio: atqꝫ
aĩe illius ad celũ deductio. Felix igit aia illi
us q̃ in bethleẽ onere carnis depoſito: indu-
bitanter ꝑperauit ad xp̄m cũ q̃ letat in eterna
requie. Ad quã nos meritis eius ꝑducat cle-
mentia ſaluatoꝛis qui viuit et regnat in ſecu
la ſeculoꝛum. Amen.
¶ Sermo quinquageſimuſſeptim⁹ de ſan-
cto Benedicto glorioſiſiſſimo patre mona-
choꝛum.

Dilectus deo ꝛ ho
minibus cuius memoꝛia in bene-
dictione eſt. Scribunt hec verba
oꝛiginaliter Ecci. xlv. c. Cogit me ſanctitas
eximia beati benedicti: vt eius ampliſſimas
laudes peroꝛare debeã. De quo licet ſcripſe-
rit abunde Grego. in. ij. dialo. libro: tamẽ vt
hoc dicendi oꝛdine: quo ad populũ loqui cõ
ſueuimus: eius ꝑconia audientibꝫ illuceſcãt:
in pñti ſermone aliqua ex multis bꝛeuiter ex-
plicabimus. Nã vt in ſequẽtibus apparebit
inter ſanctoꝝ oꝛdines: nõ mediocrẽ aut infi
mum obtinet locũ: quippe cũ eius noi opera

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et facta cõcordent: ꝓpterea de ipo dicunt ver-
ba ꝓpoſita in quibꝰ oſtendit ꝙ memoria illi-
us in benedictõne eſt. qꝛ ſcꝫ benedictus eſt a
deo et hoibus. Que vtiqꝫ oſtẽdere poſſumꝰ ma
xime ꝓpter tria: que dici poſſunt tres eius pre
rogatiue.

Prima dicit religionis inſtitutio.
Scda ſanctitatis ꝑfectio.
Tercia vite pñtis cõſummatio.

Quot modis accipit religio: et de magni-
ficentijs religionis: ⁊ quãtũ exaltata eſt religio
ſancti benedicti. Capitulũ. i.

PRima ꝓrogatiua ſancti benedicti: qua-
re eius memoria in benedictõe eſt dicit
religionis inſtitutio. Inſtituit quidẽ inſpi-
rãte deo religionẽ: et regulã ſanctã monacho
rum ipe ſcripſit. Tñ vt ps iſta clarior ſit: tria
occurrũt de religione cõſideranda.

Primũ dicit acceptio.
Secundũ magnificatio.
Tercium exaltatio.

Primũ de religione cõſiderandũ dr acce-
ptio: quot ſcꝫ modis religio accipit. Et ad h
dicit Io. an. ſuꝑ rubrica de regularibꝫ ⁊ trãſe
untibus ad religionẽ. Que accipit quadrupli
citer. Primo mõ ſolũ ꝓ debito cultu veri dei
quo ad fidẽ: et ſic cõprehendit totã xpianita-
tem que dicit chriſtiana religio Et de hac ac
ceptione habet. xcvij. di. c. i. extra de diuor. c.
gaudemus. et. C. de ſum. tri. et fi. catho. In
epl'a. inter claras. circa ꝑn. Scdo ſumit reli
gio ꝓ cultu veri dei nõ ſolum ꝑ fideꝫ ſed per
opera bona. Et ſic cõprehendit vniuerſita-
tem bonorum chriſtianorum. et de hac ſcri-
bitur. xvi. q. i. capi. Iuxta. et. xxxiij. q. v. ca.
quod deo. et extra de cõſti. c. eccleſia. Tercio
ſumit religio ꝓ ſtatu clericali. ſicut ptꝫ. i. q.
iij. c. ſaluator. et. xij. q. i. c. i. et in aut. de ſanc.
epi. §. damus. Quarto religio capit ſtrictiſſi
me ꝓ ſtatu illo in quo quis ꝑ ꝓfeſſioneꝫ ſubdit
ſe imperio ꝓlati: dedicans ſe totũ deo: vt nota
tur extra de vo. et vo. redemptio. c. ex multa.

Secundũ cõſiderandũ de religione dicit
magnificatio. Et in hoc cõfutare debemus
ſtulticiã quorundã: qui ſtatũ religionis irra
tionabiliter damnãt: aſſerẽtes poſſe multa fie
ri in ſeculo meritoria ⁊ ſalutẽ aie cõcernentia
ob que fatuũ eſſe videt vt quis religionis cu
iuſcũqꝫ vitã aut regulã ꝓfiteat. Cõtra quos
ꝓbabimus ſtatum religionis excedere ſtatũ
ſecularẽ quadruplici rõne.

Primo rõne ſuperationis.
Scdo rõne abſolutionis.
Tercio rõne diſſolutionis.
Quarto rõne derelictionis.

Primo ſtatus religionis excedit ſtatũ ſe-
cularẽ rõne ſuperationis. Nam licet in ſecu
lo poſſet quis elemoſynas pauꝑibꝰ erogare:
veſtire nudos: paſcere famelicos et hmõi: tñ
ingrediens religionẽ et in ea ꝓfeſſionẽ faci-
ens: ſuperat omnia hmõi pietatis opa. Pro-
pterea Hiero. in epl'a ad Iulianũ ait. Nolo
tñ ea offeras dño q̃ poteſt fur rapere: hoſtis
inuadere: ꝓſcriptio tollere: que accedere poſ-
ſunt et recedere: atqꝫ inſtar vndarũ et fluctu-
um a ſuccedentibꝰ ſibi dominis occupantur
atqꝫ vt vno cuncta cõplectar ſermone que no
lens in morte dimiſſurꝰ es. Illud offerre ma
gnum eſt qđ nullus tibi poſſit hoſtis aufer-
re: nulla eripere tyrannis qđ tecũ pergat ad
inferos: immo ad regna celoꝝ ⁊ paradiſi de-
litias. Extruis monaſteria multus a te per
inſulas dalmatie monachoꝝ numerus ſuſtẽ
tatur. Sꝫ melius faceres ſi et ipe ſanctꝰ in-
ter ſctõs viueres. Sancti eſtote qꝛ ego ſanctꝰ
ſum: dicit dñs. Apoſtoli gloriant qꝛ oĩa di-
miſerunt et ſecuti ſunt ſaluatorẽ: et certe ꝑter
rhetia et nauẽ nihil eos legimus dimiſiſſe: et
tñ teſtimonio futuri iudicis coronant. qꝛ ſe
offerentes totũ dimiſerãt qđ habebant. et in
epiſtola ad palmachiũ ait. Zacheus diues
erat: apoſtoli pauꝑes. Reddidit ille quadru-
plum qđ rapuerat: dimiſitqꝫ pauperibꝰ ꝑtem
ſubſtantie que remanſerat. Tñ qꝛ ꝑuus erat
et in apoſtolicã proceritatẽ nõ ſe potuit exten
dere: nõ fuit in duodecim aplorum numero.
Apoſtoli autẽ quãtum ad diuitias nihil: quãtũ
ad voluntatẽ totũ mundũ pariter reliquerũt
Et glo. ſuꝑ. iij. c. Numeroꝝ inquit. Alij vo-
uent vitulos: alij arietes: illi domos. Naza-
reus ſemetipm: hoc eſt enim votuꝫ nazarei
quod eſt ſuꝑ omne votũ. Filius enim vel fi-
lia aut pecus: aut prediũ extra nos eſt. ſemet-
ipm deo offerre: nec alieno labore ſꝫ ꝓprio pla
cere ꝑfectius et eminentius eſt oĩbus votis.
hec ibi. Elemoſyna itaqꝫ illa qua ſeipm quiſqꝫ
donat deo in religione ꝑeminet quibuſcũqꝫ
generibꝰ elemoſynarũ que fieri poſſent in ſe-
culo. Qđ adhuc hieronimus in epiſtola ad
paulinũ cõfirmat dicens. Philoſophus glo
rie animal et popularis aure vile mancipiuꝫ
totã ſemel ſarcinam depoſuit. Et tu reputas
in virtutũ culmine cõſtitutum ſi partẽ ex to
to offerat: te vult dñs: nõ tua. Te inquit vult
hoſtiam viuam placentẽ deo. Superat inſu
per ſtatus religionis omne genus penitẽtie:
quam quis poſſet in ſeculo facere. Ob quod
ingredienti religionẽ nulla eſt penitẽtia alia
pro peccatis preteritis iniungenda: de pec-
catis tamen cõmiſſis poſt ingreſſum religio

459

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nis imponenda eſt penitentia. vt notat extra de regularibus et tranſeuntibus ad religionem.c.vlti. Hinc deuotus Bernar. in libro de precepto et diſpenſatione ait. Audire vultis a me: vnde inter cetera penitentie inſtituta monaſterialis diſciplina hāc meruerit prerogatiuā: ꝛ ſecundū baptiſma nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi renunciationem et ſingularem excellentiā vite ſpiritualis: que preminet vniuerſis vite humane generibus huiuſmodi cōuerſatio. Profeſſores et amatores ſuos diſſimiles hominibus: ſimiles angelis facit: immo diuinā in hoīe reformat imaginē: cōfigurans xpo inſtar baptiſmi: dum per id qđ mortificamus mēbra noſtra que ſunt ſup terrā: rurſus chriſtū induimus: cōplantāti ſimilitudini mortis ei⁹. hec ille. Propter dicta nō videretur incōueniens vt ingrediētes religionē cōſequerent eandē gratiā ſcȝ quo ad peccatorū remiſſionē quā cōſequuntur baptizati. vt ponit Tho. ſcđa ſcđe.q.vltima. ¶ Secūdo ſtatus religionis excedit ſtatum ſecularē ratione abſolutōnis: nam abſoluit ab omni voto temporali quod quis in ſeculo implere poſſet. vnde ſcribitur extra de voto et vo.redemp.c.ſcripture. Reus fracti voti aliquatenus: nō habetur qui temporale obſequiū in perpetuā religionis obſeruantiā noſcitur cōmutaſſe. Et vt ait Ricardus in.iiij.di.xxxviij. exceptis pſonis alicuius dignitatis: que debēt cōſulere ſummū pontificem: quilibet alius obligatur voto ad viſitandū terram ſanctā: poteſt abſq; alia abſolutione religionē ingredi: et per pfeſſionē in illa abſolutus eſt a voto: et ita abſoluitur: vt predictū eſt ab omni alio voto. Nam cū obedientia ſit maximū votorū pro omni voto ſufficientiſſime recōpenſat. ¶ Tercio ſtatus religionis excedit ſtatū ſecularē rōne diſſolutionis. nam diſſoluit matrimoniū cōtractum per verba de preſenti nō cōſumatū. In tali enī caſu poteſt alter cōiugum etiā altero inuito intrare religionē. Et facta pfeſſione ille qui remanet in ſeculo poteſt libere nubere. vt notat extra de cōuer. cōiuga.c.verum. c.ex pte.el.ij.c. ex publico. ¶ Quarto ſtatus religionis excedit ſtatū ſecularē ratione derelictionis. Nam licȝ filij parentes relinquere: dummō nō ſint in extrema neceſſitate poſiti: atq; ipis inuitis religionē intrare. Cui⁹ ratio eſt: quia magis vnuſquiſq; tenetur deū et animā ppriā q̃ parentes diligere. Ex hoc inquit Hieronymus in epiſtola ad furiā de viduitate ſeruanda. Sola cauſa pietatis eſt vbi carnis nulla noticia eſt: honora patrem tuum: ſȝ ſi te a vero patre nō ſeparat: tamdiu ſcito ſanguinis copulā q̃diu nouerit cōditorem. Alioquin tibi dauid protinus clamat. Audi filia et vide et inclina aurē tuam: et obliuiſcere populū tuum et domū patris tui: et cōcupiſcet rex decorē tuū. Et in epiſtola ad heliodorū de cōtemptu mundi ait. Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet in limine iaceat pater: ſed ſparſo crine et ſciſſis veſtibus vbera quib⁹ te nutrierat mater oſtendat percalcato perge patre: ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis gen⁹ eſt in hac re fuiſſe crudelē. hec ille. Et cū iſta de religione loquimur: quidā nobis obijcere ſolent. Quid ſi omnes religioſi eſſem⁹ eſſet de mundo: que obiectio non niſi ex fatuitate pcedit cum gubernatio mundi ſpectet ad deum. Hinc eſt ꝙ hiero. aduerſus vigilantiū ait. Argumētaris et dicis. Si omēs ſe clauſerint et fuerint in ſolitudine quis celebrabit eccleſias quis ſeculares hoīes lucrifaciet: Et quis peccantes ad penitentiā poterit cohortare. Hoc enim modo ſi omnes tecū fatui eſſent: ſapiēs quis eſſe poterit. Infantes in cunis nō vagient: obſtetrices abſq; mercedibus mendicabunt: et in lectulo ſuo frigidus atq; cōtractus dormitantius vigilabit. Rara virtus eſt nec a pluribus appetitur atq; vtinam hoc omnes eſſent ꝙ pauci ſunt de quibus dicitur. Multi ſunt vocati pauci vero electi. ¶ Terciū cōſiderandū de religone dicit exaltatio. Nam vt de religione beati benedicti loquamur exaltatam illam videmus quadruplici ratione.

¶ Primo ratione dignitatis.
¶ Scđo ratione ſanctitatis.
¶ Tercio ratione numeroſitatis.
¶ Quarto ratione gratioſitatis.

¶ Primo exaltata fuit religio ſancti benedicti rōne dignitatis. Habuit enī viros in dignitatibus eccleſiaſticis cōſtitutos pene innumeros. Nam Johannes vigeſimuſſecundus extrahi illos fecit de archiuis ſummorū pontificum: et inuenit ꝙ a tempore ſancti benedicti vſq; ad pontificatū ei⁹ fuerāt de ordine ſancti benedicti quindecim milia ſeptingenti et quattuor abbates quorū cōfirmatio ſpectat ad papam. Et epiſcopi quinq; milia et quattuor. Archiepiſcopi ſeptingenti. cardinales tricentitriginta. ſummi vero pontifices vigintiquinq;. ¶ Secūdo exaltata fuit religio ſancti benedicti ratione ſanctitatis vt enim cōpertum eſt in cathalogo ſanctorū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fuerunt in ea trigintaquattuoꝛ milia canoni
zati. ¶ Tercio exaltata fuit religio ſancti be-
nedicti rōne numeroſitatis. Sub iſta nanq̃
ſancti benedicti militāt monachi nigri: de q̄-
bus fit mentio in clemētina. ne in agro. Qui
cum eſſent relaxati reformati ſunt in ꝯgrega
tione que dicitur ſancte iuſtine habentes ſpe
ciales cōſtitutiones et exemptiones per Eu
genium papā quartum cōfirmatas. Sub re
gula inſuꝑ ſancti benedicti militāt ciſtercien
ſes. quos beatus Bernardus mirabiliter di
latauit: camaldulenſes inſtituti per beatum
Roncaldum. Oꝛdo vallis vmbroſe. Oꝛdo
humiliatoꝝ. Oꝛdo montis oliuarum. Clu-
niacenſes. Silueſtrini. et Celeſtini. quoꝛum
ordinem inſtituit ſanctus petrus de murro-
ne. ¶ Quarto exaltata fuit religio ſancti be-
nedicti rōne gratioſitatis. Nam ſummi pon
tifices eidem cōceſſerunt ampliſſimas grati-
as indulgentias et exemptiones. Religionē
ipſam ſemꝑ affectu paterno fouentes.

¶ Qualiter ſanctus Benedictus fuit etiam
ſanctitate perfectus: quod oſtendunt eius mi
racula: et ſpiritus ꝓphetie atq̃ commotio
mundi.

¶ Capitulū. ij.

Secunda prerogatiua ſancti benedicti
quare memoꝛia eius in benedictōe eſt:
dicitur ſanctitatis ꝑfectio: quā colligere poſ
ſumus ex tribus.
¶ Primo ex miraculoꝝ rutilatione.
¶ Secundo ex ꝓphetica illuſtratione.
¶ Tercio ex mundi cōmotione.
¶ Primo colligimus perfectionē ſanctita-
tis beati benedicti ex miraculoſa coruſcatio-
ne. Fecit enim deus illum coruſcare multis
miraculis: ex quibus aliqua recitabimus q̄
Gregoriꝰ in ſecūdo dialogoꝝ libro fideliter
deſcripſit. Et primū eſt de capiſterio fracto ⁊
cōſolidato. Natus enim benedictus ex nur-
ſia ꝓuincia cum rome liberalibꝫ ſtudiis tra-
ditus eſſet: in ipa ſui infantia litteras deſeru-
it: et deſertum petere decreuit. Quem nutrix
ſua que eū tenerrime diligebat vſq̃ in quen-
dam locum qui dicitur effide ſecuta eſt. Ubi
ad purgandū triticum mutuo capiſterium
petiit. Sed ſuper menſam incaute ponens:
et corruens in duabus partibus fractū vidit
quam benedictus flere proſpitiens partes ca
piſterii accepit: et ab oꝛatione ſurgens inte-
gre ſolidatū inuenit. Poſtmodum nutricem
occulte fugiens in quendā locum venit: vbi
tribus annis hominibus incognitus man-
ſit. Excepto quodam monacho romano no
mine: qui ſibi ſedule neceſſaria miniſtrabat.
¶ Secundum miraculum fuit de aqua edu
cta in monte. Nam dum vndecim monaſte-
ria cōſtruxiſſet: ex quibus tria ſurſum in ru-
pibus montis erant. Fratres deoꝛſum cum
magno laboꝛe aquas hauriebant. Cunq̃ vi
rum dei ſepe rogarent vt monaſteria illa mu
taret: quadam nocte cum quodā puero mon
tem aſcendit: vbi diutius oꝛans petras in eo
dem loco pꝛo ſigno poſuit. Cunq̃ domū re-
diiſſet: et fratres pꝛo eadem aqua ad eum ve
niſſent dixit. Ite in illam rupem in qua tres
petras inuenietis: in modico cauate. Ualet
dominus inde vobis aquam ꝓducere. Qui
euntes et iam rupem illam ſudantē inueniē
tes cōcauum locum fecerunt: et mox aqua re
pletum inuenerunt. Que vſq̃ nunc tam ſuf
ficienter emanat: vt ab illo montis cacumi-
ne vſq̃ ad inferioꝛa deſcendat. ¶ Terciū mi
raculum fuit de ferro natante et redeunte ad
manubꝛium. Quadam enim vice: cum circa
monaſterium viri dei: quidam cum falcaſtro
vepꝛes abſcinderet: ferrum de manubꝛio exi-
liens in quendam lacum pꝛofundiſſimū ce-
cidit. Cunq̃ de hoc ille nimium anguſtiare
tur: vir dei pietate motus manubꝛium in la-
cum poſuit. et mox ferrum vſq̃ ad ſuum ma
nubꝛium enatauit. Quartum miraculū fuit
de puero moꝛtuo reſuſcitato. Dum enim fa-
ciente hoſte maligno cecidiſſet pars cuiuſdā
parietis: interfeciſſetq̃ monachum quendā
vir dei puerum illum moꝛtuum et laceratū
ad ſe in ſacco adduci fecit. Et oꝛatione facta
ipſum a moꝛtuis ſuſcitauit.
¶ Quintum miraculum fuit de vaſe vitreo
pꝛoiecto: ⁊ oleo multiplicato. Quodā tempo
re dum totam pꝛouinciā in qua erat ſanctus
Benedictus fames valida occuparet. Et vir
dei omnia que inuenire poterat egentibus
miniſtraret. Itaq̃ nihil in monaſterio pre-
ter modicum olei in quodam vaſe vitrio re-
manſiſſet. Iuſſit cellerario vt illud modicū
olei cuidam egenti daret. Ille vero ibidem
pauperem audiuit: ſed obedire contempſit.
Quod vir dei vbi cōperiit vas vitreū cum
oleo per feneſtram pꝛoiici iuſſit: ne quid in
monaſterio per inobedientiam remaneret.
Pꝛoiectum itaq̃ cum per ſaxa ingentia ce-
cidiſſet: Nec vas fractum nec oleum eſt effu-
ſum. Quod ille leuari iuſſit: et dari integrū
egenti foris poſtulāti. Monachum autem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illum de inobedientia ⁊ diffidentia increpās
ſeſe in orōe dedit et cōtinuo quoddā magnū
dolium quod ibi erat vacuū oleo plenū fuit.
Quod adeo excreuit vt per pauimentū effun
deretur. Sunt et alia eius miracula q̄ pter=
mittimus ne plixitate dicendi tedium audi
entibus ingeramus. ¶ Secūdo colligim⁹
perfectionē ſanctitatis beati benedicti ex p=
phetica illuſtratione: habuit quidem lumen
ꝓpheticum: vt cognoſceret ea que naturaliter
cognoſci nō poſſunt. Sicut probatur mul
tis exemplis. ¶ Primum exemplum eſt de
placido quem rapuerāt aque. Cum enī ille
puer et monachus ad hauriendā aquā egreſ
ſus in fluuiū cecidiſſet: et pene aqua illum in
vnius curſu ſagitte retraxiſſet vir dei in cella
cōſiſtens hoc in ſpiritu ſtatim cognouit. Et
maurū vocans: quid puero acciderit indica=
uit. ac vt ad ipm eripiendū pergeret impera=
uit. Accepta benedictione cōcitus maurus
ſurrexit: et quaſi per terrā ſe exiſtimans am=
bulare ſup aquas vſq; ad puerū venit: eumq;
per capillos tenenſ de aqua extraxit. Qui ad
virū dei veniens retulit quid acciderat. Qđ
benedictus non ſuis meritis ſed obedientie
mauri deputabat. ¶ Secundū exemplū fu=
it de pane venenato quē cognouit. Nā qui=
dam presbyter florentinus noīe: viro dei in=
uidens ad tantā deuenit inſaniā ſiue malitiā
vt panē veneno infectū viro dei tanq̄ p be=
nedictione tranſmitteret. quem ſanctus gra=
tāter accepit: et coruo qui de eius manu pa=
nem accipere cōſueuerat ipm piecit dicens.
In noīe ieſu xpi hunc panem tolle: et eum in
tali loco vbi a nullo hoīe ſumi valeat pijce.
Tunc coruus aperto ore et expanſis alis cir
ca eundē panē cepit diſcurrere atq; clamare
ac ſi aperte diceret. et obedire ſe velle et iuſſa
implere nō poſſe. Cui ſanctus iterū atq; iterū
pcipiebat dicens. Leua leua eum ſecurus ac
ipm vt dixi pijce. Qui eum tollens poſt tres
horas redijt: et de manu eius annonā quā cō
ſueuerat accepit. ¶ Terciū exemplū fuit de
ſpatario totile. Totila enī rex gothoꝝ expiri
volens vtrū vir dei ſpiritū ꝓphetie haberet:
cuidam ſuo ſpatario veſtimenta regalia tri=
buit et cum omni apparatu regio eum ad mo
naſterium ſancti benedicti deſtinauit: quē il=
le venientē cōſpiciens dixit. Fili pone pone
quod portas nō eſt tuum. qui ptinus in ter=
ra cecidit: et quia tanto viro illudere preſum
pſiſſet expauit. Cūq; rediſſet ad totilā retu=
lit que viderat et audierat. Tunc acceſſit toti
las ad ſanctum benedictū: cui ille multa pre=
dixit: ſicut diffuſius ponit Grego. in. ij. libro
dialogoꝝ. ¶ Quartū exemplū fuit de puero
abſcondente flaſconē vini. Quidā enim vir
duos flaſcones vini per quendā puerū miſit
ſancto benedicto. Sed ille in via vnum ab=
ſcondit et aliū detulit. vir autē dei vinū cum
gratiarū actione ſuſcepit. et deſcendentē pue
rum admonuit dicēs. Uide fili ne de illo fla
ſcone quē abſcondiſti bibas. ſed inclina eum
caute et inuenies quid intus habes. Qui cō
fuſus valde ab eo exiuit: et reuerſus volens
adhuc pbare quod audierat cum flaſconem
inclinaſſet de eo protinus ſerpens exiuit.
¶ Quintū exemplū fuit de monacho tenente
lucernā. Dum enī quadā vice vir dei ſero ce
naret: quidā monachus nobilis genere ei aſ
ſiſtens et lucernā tenens p ſpiritū ſupbie in=
tra ſe cogitare cepit. Quis eſt hic cui mandu
canti aſſiſto: lucernā teneo: ſeruitiū impendo
q̄s ſum ego vt iſti ſeruiā. Cui ſtatim vir dei
ait. Signa cor tuū frater quid ē qđ cogitas
vocatiſq; fratribus lucernā iuſſit de manib;
eius tolli ipm vero ad monaſteriū accedere ⁊
quietum ſedere. ¶ Tercio colligimus ſancti
tatem beati benedicti ex mundi cōmotione:
mira res eſt pfecto qꝫ audito nomine ſancti
benedicti reges principes et populi chriſtia
ni ad tantam deuotionē erga illuz exarſerint
vt in toto terraruz orbe tam ſumptuoſa ⁊ do
tibus copioſiſſimis ditata cōſtruxerint mo=
naſteria. Quorum primū et aliorum caput
eſt monaſterium montis caſſini. Nam ad il=
lum montez puenit ſanctus benedictus. Et
templū appollinis quod ibi ſitum erat in ho
norem ſancti iohannis baptiſte oratoriū fa=
bricauit: et circum adiacentē populuz ab ido
latria cōuertit. Illum autē montē totum ex
integro cum omnibus pertinentijs eius: et
caſtra villas et poſſeſſiones donauit ſancto
benedicto tertullus nobiliſſimus romanus
ex gente flauia pater placidi. Nam ex vxore
ſua que erat ex familia octauie gentis habuit
tres filios ſcz. placidum euticium et victori=
num: et vnā filiā nomine flauiam. Qui audi
ta fama ſancti benedicti qui apud ſublacum
morabatur: acceſſit ad euz: obtulitq; ſibi pla=
cidū iam ſeptennē: eoq; relicto et benedictiōe
accepta a ſancto viro dei romā redijt. Poſt=
q̄ vero ſenſit beatum benedictū ad montem
caſſinū perrexiſſe iuit ad eum cuz multis no
biliſſimis romanis. Et tunc fecit donationē
prefatam. Donauit etiā et multas poſſeſſio=
nes quas habebat in ſicilia. Cum aūt placi=
dus ad etatē peruenit virilē miſit illū beatus

benedictus in ſiciliam cum quibuſdā alijs: qui capuam veniēs a ſancto germano epiſcopo benigne ſuſceptus multa ibi miracula fecit. Nam primiceriū eccleſie capuane dolore capitis oppreſſum ſanauit: rogatus quidē ab eo vt ꝓ ſe oraret. dixit ei. In noīe ieſu xp̄i cuius virtute ab aquis quibus trahebar ereptus ſum: adiutuſqꝫ meritis patris mei benedicti: ſi fidē habes tante credulitatis reſtituat te deus priſtine ſanitati. Liberauit et vnū cecū atqꝫ filiū cuiuſdā mulieris in vltimis laborantē: venit deinde beneuentū ſuſceptꝰ a ſancto marſiano ep̄o vbi liberauit claudum cum ſcabellis ambulantē ſup̄ genua: poſtea tranſtulit ſe canuſiū ad ſanctū ſabinū epiſcopum: inde acceſſit regiū ad ſanctū ſiſiminum epiſcopū: tandē applicuit meſſanā. Et ibi de redditibus portus et poſſeſſionū patris q̄s donauerat ſancto bn̄dicto fecit edificari monaſterium in honorē ſancti iohannis baptiſte. Quo cōpleto poſt multa ſigna que deus per illum fecerat martyrij coronā adeptꝰ eſt. Nam venerant ad eum videndum fratres eius euticius et victorinus ac ſoror flauia cū multis alijs ex vrbe. Et ecce quidā manucha capitaneus: abdale ſarraceni qui tunc toti hiſpanie p̄ſidebat cū claſſi minutiſſima cepit portum meſſane fregit monaſteriū et captos placidū et fratres ac ſororē virginē: cogebat abnegare fidem. Quod cum illi facere renuiſſent poſt dies aliquos flagellatos et ceſos iuſſit tandē decollari. Diximus iſta vt agnoſcat vnuſquiſqꝫ q̄ꝫ admirabilis fuit ſanctitas patris Benedicti: quē vt ſuperiꝰ enarrauimus tot inſignes viri deuotione p̄cipua coluerunt.

De felici tranſitu patris benedicti: qui diē ſui obitus predixit: et de mira ipſius deuotione et qualiter eius gloria fuit duobus monachis reuelata. Capitulū. iij.

Tercia p̄rogatiua ſancti benedicti quare eius memoria in benedictōne eſt dicitur vite p̄ntis cōſummatio. Nam ſicut ſancte vixit: ita et ſanctiſſime vite p̄ntis curſum expleuit. In eius quippe felici tranſitu tria occurrerūt ſanctitatē eius p̄ſignantia.

Primū fuit vera p̄nunciatio.
Scōm ſingularis deuotio.
Terciū diuina reuelatio.

Primū fuit vera p̄nunciatio. Eodē quidē anno: quo de hac vita vir dei erat exiturus: obitus ſui diē fratribus nunciauit. Ante ſextum vero diem ſui exitus aperiri ſibi ſepulcrum iuſſit. Et licet ſapiens dicat Eccleſiaſtes. ix. c. Neſcit homo finē ſuū. Et cōmunis extat ſentētia q̄ nil incertius hora mortis: illud nihilominꝰ intelligendū eſt ſm cōem legem. Sed pleriſqꝫ deus ex priuilegio ſpeciali voluit diē ſui exitꝰ reuelare. Secundū qd̄ occurrit in tranſitu beati benedicti dicit̄ ſingularis deuotio. Febribus nāqꝫ correptꝰ cū per ſingulos dies languor ingraueſceret: ſexto die in oratoriū ſe portari fecit. Ibiqꝫ exitum ſuū dominici corporis ⁊ ſanguinis ꝑceptione muniuit. atqꝫ inter diſcipulorū manꝰ imbecillia mēbra ſuſtentans erectis in celū manibus ſtetit et vltimū ſpiritū inter verba orōnis efflauit. Terciū quod occurrit in tranſitu beati benedicti dicit̄ diuina reuelatio. Ipſa quippe die duobus fratribus vni in cella moranti: alteri lōge poſito reuelatio eadem monſtrata eſt: viderūt nāqꝫ viā pallijs ſtratā atqꝫ innumeris coruſcantē lampadibꝫ a cella ſancti benedicti verſus orientē vſqꝫ ad celū tendentem. Cui venerando habitu vir quidā clarus aſſiſtens: cuius eſſet via quam cerneret inquiſiuit. Qui cum neſcire ſe diceret ait: hec eſt via qua dilectus deo benedictꝰ celū aſcendit. Sepultus vero eſt in oratorio ſancti iohannis baptiſte: qd̄ deſtructa eccleſia appollinis ipſe cōſtruxit. anima vero illa tantis redimita virtutibꝫ de quibus p̄dictū eſt cum xp̄o letatur in vita beata: ad quā nos ipſe ieſus perducat qui eſt benedictus in ſecula ſeculorū. Amen.

Sermo quinquageſimuſoctauus de ſancto Dominico inſtitutore ordinis ſacri predicatorum.

Magnus vocabitur in regno celorū. Scribuntur hec verba matth. v. c. que tn̄ ſancto dominico appropriari p̄nt. Fuit quondā ſalutatus magnus a grecis alexander macedo. qꝛ breui ſpacio et parua manu totū fere ſubegit orientē. Pompeus etiā dux p̄clariſſimus dictus eſt magnus a romanis ob rerū geſtarū magnitudinē. Nam ſm Oroſiū viginti duos reges orientales et populos innumerabiles ſubdidit romane reipublice. Ob quod Lucanus ipm̄ de ſe ſic inducit loquētem.

Ante bis exactū q̄ꝫ cinthia cōderet orbē.
Omne fretū metuēs pelagi pyrata reliq̄t.
Anguſtāqꝫ domū terrarū a ſede popoſcit.
Idē ꝑ ſithici querēs diuortia ponti.
Indomitū regē romanaqꝫ fata morantē.
Ad mortē ſcijlla felicior ire coegi.
Pars mihi nulla vacat mūdi ſꝫ tota tenet̄.
Terra meis quocūqꝫ iacet ſub ſole tropheis.